

orkunde habin wir vnser furstliche insigel wissintlichin an disen brieff lassin hengen. Hie bie sin gewest vnde sint geczüge die gestrengin vnsir liebim getruwin, er Offe von Sliwin, er Hugold von Slinicz, er Heinrich von Wiczleibin, Nigklaws von Honsperg vnd andere lute gnug, den wol ist czuglauben. Gegebin czu Dresden nach gotis geburte virczehenhundirt iar, darnach in dem fumfften iare am dornstage sente Lamprechtstage des heiligen bisschoffs.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Reitersiegel des Markgrafen an einem Pergamentstreifen.

No. 788. 1405. 24. Oct.

P. Innocentius VII. erteilt denen, welche bussfertig an gewissen Festtagen die Domkirche besuchen und ihre Gaben darbringen, einen sehr ausgedehnten Ablass.

Innocentius episcopus — universis Christi fidelibus. — Licet is — wie No. 146 — divinae gratiae aptiores. Cupientes igitur ut ecclesia Misnensis, quae ut asseritur in honorem et sub vocabulo sancti Donati martyris dedicata est, a Christi fidelibus congruis honoribus frequentetur et etiam conservetur, et ut fideles ipsi eo libentius causa devotionis confluant ad eandem et ad conservationem ipsius manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae uberius conspexerint se reflectos, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere poenitentibus et confessis, qui in nativitatis circumcisionis epiphaniae resurrectionis ascensionis et corporis domini nostri Jhesu Christi ac penthecostes et nativitatis annunciationis purificationis et assumptionis beatae Mariae virginis et nativitatis beati Johannis baptistae ac Petri et Pauli apostolorum et Donati praedictorum nec non inventionis et exaltationis sanctae crucis et ipsius ecclesiae dedicationis festivitatum et celebritate omnium sanctorum, nec non praedictarum nativitatis epiphaniae resurrectionis ascensionis et corporis domini ac nativitatis et assumptionis beatae Mariae et nativitatis beati Johannis et apostolorum praedictorum festivitatum octavas et per sex dies dictam festivitatem penthecostes immediate sequentes eandem ecclesiam devote visitaverint annuatim et ad huiusmodi conservationem manus porrexerint adiutrices, singulis videlicet festivitatum et celebritatis septem annos et totidem quadragenas, octavarum vero et sex dierum praedictorum diebus, quibus ecclesiam ipsam visitaverint et ad huiusmodi conservationem adiutrices manus porrexerint ut praefertur, centum dies de iniunctis eis poenitentiis misericorditer relaxamus. Volumus autem, quod si alias visitantibus dictam ecclesiam aut ad eius conservationem huiusmodi seu fabricam manus porrigentibus adiutrices aut alias inibi pias elemosynas erogantibus seu alias aliqua alia indulgentia imperpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, praesentes litterae nullius existant roboris vel momenti. Datum Viterbii VIII. Kal. Novembris pontificatus nostri anno primo.

R^{ta} gratis.
Cucharus.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Bleisiegel an Fäden von rother und gelber Seide.